tem.xxiij.q.vij. Policia quidē vnius optima est: paucorum etiam bona. sed plurimorum difficile est ꝙ bona sit: quia plures ⁊c. ſm Aristote.lib.polyt.ij.facit.c.penul.xxj. q.ij. vnde Hierony. In naui vnus gubernator: i domo vnꝰ dominus: in q̊uis grandi exercitu vnum signū expectetur sic et duo metrapolitani vnica in prouincia esse nō possunt: vide tex.in.c. singu.xcix. distinc. per Lu. de pē. in.l. cū antea in capitis.de agri.⁊ censi.lib.xj.C. siue etiam referatur ad regem patrem per amētiam: aut al's legitime impeditum adhuc deducta per authorem militare non posse videntur: quia si amens est: velle non habet: quum mente careat: in qua velle consistit. insti.qui.non est permis.fa.testa.§.nec ad rem pertinet. Est preterea amens: siue furiosus ad instar impuberū: quorum animi iudicium: siue in volendo: siue in nolendo nullum esse dicitur. vtrūq; istorum probatur.per.§.preterea.iuncto.§.nec ad rez. all'.insti.qui.non est permis.fa.testa. quia ibi equiparantur: quo ad actiuam testandi factionem. Ita in casu nostro: quuz non sit dispar ratio: non ergo dispar ius.c.tralato sacerdotio.de consti.l.non possunt.ff.de legi.cum simi. Et sicut non potest per premissa rex amens velle. ita nec nolle facit.l. eius est.ff.de reg.iur. vbi dicitur: ꝙ ille potest nolle: qui potest ⁊ velle: et econtra. igitur ⁊ hec lex per authorem allegata sic inducta videtur retorqueri contra seipsum: tu cogita. Adduco tamen idem de religioso beneficiando. nam sicut non potest religiosus consentire: ⁊ acceptare beneficium: sine sui licentia prelati: quum velle: ⁊ nolle non habeat.c.si religiosus. de elect.in.vj. cum multis simi. Ita nec potest sine eiusdē prelati consensu renuntiare: postꝙ beneficium est semel acceptum: ⁊ affectū: parū ratione: quia velle non habet: etiam in dissentiendo: per eadem iura. ita tenet.d. Gemi. in.c.si electio.col.ij.⁊.iij.de elec.in.vj.

Quis vnigenitus.

Par rō par ius habet.

Acceptatio ⁊ rnūtiatio beneficij q̄ ad qd eq parant.

vbi dicitur ꝙ Maria peperit a primogenitū:[a] ⁊ tamen nullus fuit inde genitus.⁊.c.ioseph.de verbo.signifi. igitur optime iura primo geniture sunt in eo: ⁊ ei competūt. porro primo genitꝰ: ⁊ etiam vnigenitus dicit is: qui actu nullum fratrem habet: ꝙuis habuit: sed desierit. Salomon enim se vnigenitum in parabolis appellat quem fratrez vterinum scriptura precessisse attestatur.ij. Reg.xij.⁊ habetur in.c.iij.de verbo.signi. non enim videtur genitꝰ: qui non durat genitus: igitur ⁊c. vt ibidem etiam in glo.

## Tertius Articulus Primi Tractatus.

Circa tertium articulum in quo vidēdum est: an iura successionis ⁊ pmo geniture cō ferant regni regimē illustrissimo domino dalphino regis primo genito.xvij. agēti annum mi-

a Primogenitū. Adde bene facere tex.in l.ex duobus.in prin.ff.de vul.⁊ pup.substi. vide tex.in.l.que duos.in prin.ff.de re iud. Panor.in.c.ioseph.in.iij.not.d.hoc facere ad que-

ad questionem. Datur brauium: primo venienti ad talem locū: nemo venit: nisi vnꝰ: nūquid ille debeat habere brauium illud? est dicendum: ꝙ sic ſm eum: quia sicut dicitur primo genitus non solum ille: quum filij fratres sequuntur: sed etiā ille qui pmo natus fuit: et quem nemo secꝰ est: ita dicit primo venisse ille: quē nemo secutus est. sed qd si puer non venit; quia cecidit: sed equus tm̄. an debeat habere brauium? vide Bar.in.l.j.§.item acquirimus per seruum.ff.de acqui.pos.⁊ ibi Ludo.roma. qui cōcludit ꝙ debeat habere brauiū: licet venerit equus tm̄: sine ipso puero. Si vero duo simul currunt: ⁊ applicent brauio eodem tempore: nulli debetur: ſm Innoc. in.c.iudicante.de testa. Sed Bald.in.d.l. ex duobus.de vul.⁊ pupil.ff.per illum tex. dicit: ꝙ debet diuidi inter illos duos ꝑ medium: ⁊.d.de hoc plene Ia.de are.in.j.constitu.C. Et si currens ad brauium de equo labatur ⁊ reascendit: et viriliter instat: casus non sibi obest. vt dicit glo.in.c.ille rex. de peni.dist.iij. dum tamen postea preueniat. Et quando simul applicuerūt ad brauium ꝙ recurretur concludit: de quo est videndus late Albe.in.j.parte statu.q.cxxij. que inci.predicta etiam faciunt ad.q.et de ista questione vide omnino per Bal.in.d.j. consti.C.in.ij.col.ver.item pone ꝙ consuetudo est ꝙ qui preuenit ⁊c. vbi ponit vtrum dato ꝙ illi duo qui primo applicuerunt debeant recurrere: vtrū omnes equi debeant iterum currere. Et de illa.q.quādo equus venit sine puero: an debeat habere brauiū vide Bar.in.l.j.§.quesitū.ff.de aqua quotidia.⁊ esti. Bal.in.l.si duobus.§.j.ff. quēadmo.testa.ape.⁊ adde quando duo simul applicuerūt ad brauium. Bal.in.l.hoc articulo.ff.de here.insti.⁊ in.l.qui filiabus.§.j. ff.de leg.j.⁊ per do.Gemi.in.c.duobus.de rescrip.lib.vj. Et ista faciunt ad.q.si statutum dat certum premium primo intranti castrum hostium: puta dat centū ducatos. An si duo simul intrēt castrum: vterq; eorum habere debeat cētum. de quo late per Bar.in.d.l.hoc articulo.⁊ per Io.de imo. post Anto.de butr.in cle.et si principalis.

d col.ij.de

Brauiū dat currendū.

Equꝰ sine eqte vadens ad brauium.

Si duo simul applicent brauio.

Si eq̄s cadat: et equū reascēdat.

Statutum.

col. ij. de rescrip. Et ad illam. q. de duobus simul applicātibus ad brauium: vel simul intrantibus castrum: dicit: ꝙ nulli debeat. et all'. optimum tex. in. l. si fuerit. in prin. ff. de rebus dubiis.

a ❡ Cōsilio scientiū leges. Adde ꝙ princeps non magis debet consiliariis carere: ꝙ̄ suis mēbris corporis. sunt etenim consiliarii portiones sui ipsius. l. quisquis. ad le. iu. maie. C. et dicūt' consiliarii ibi ad cuncta regni negotia lumē p̄bere princi pi. inerēt ei principi: sicut stelle firmamēto celi: s̄m Bal. in. l. quum multa. C. d bo. que lib. ⁊ velut splē dor firmamenti fulgent. argu. c. super specula. de magist. Et solis radii dicunt. c. multi. de peni. dist. ij. Rex profecto sibi persuadere debet quantūcunque genuina fulgeat prudentia adhuc seip̄z sibi satis non esse. iuxta illud Platonicum. Nemo sibi satis: eget omnis homo homine: nam si princeps ex vna consiliarii partibus ex altera (quod in regno gerēdum occurrerit) precogitauerint: cuiuslibet negotii dexter erit proculdubio exitus. iuxta illud Herodo. Fac omnia cum consilio: ⁊ nō te penitebit: rei namque consilio geste: plerūque letus est exitus. Quod enim a pluribus queritur sapientibus facilius inuenitur. c. de quibus. xx. dist. Et per ampliores homines: perfectissima veritas reuelatur. l. vltima. ad fi. C. de fideicom. ⁊. lxiij. dist. c. extra con-

❡ In duplici differentia rerū gubernatō est.

❡ Ptās pape.

num: minori etate. xxv. annorum non obstante. Pro eius manifestatione ponūtur conclusiones sequentes.

❡ Prima conclusio: ꝙ rerū gubernatio: ⁊ regimen est in duplici differētia: quoddam competit iure proprio formato: aut in re propria: vt regimen quod competit domino vel quasi: aut simili in re sua: iuxta. l. in re mādata. C. manda. Aliud regimen est quod competit iure commisso: non proprio: et in re aliena: vt est regimen consulatus: et ville: vel ciuitatis: vel similis.

❡ Secunda conclusio: ꝙ regimen quod cōpetit iure proprio: seu in re propria minori annis. xxv. pubes: saltem habet legitimam personam: et ideo illi competit: vt in. §. j. ɔ cura. §. item inuiti. in tex. ⁊ in glo. vbi patet ꝙ puberi defertur: ⁊ competit bonorum suorum regimen: nec cogitur suscipere curatorez. ad idem. c. fi. de iudi. in. vj. vbi patet: ꝙ in beneficiis: ⁊ aliis administrationib⁹: in quibus minor. xxv. annis habet ius formatum: licet legitimam personā administrādi non habeat ex quo habet annum. xiiij. competit regni regimen rege impedito regere. nam ius dominii habet in regno: et sic iure proprio:

tra ɔscientiā. Integrū quippe est consiliū quod plurimorum: non vnius sententia confirmatur. per tex. in. c. prudētiam. §. j. de officio deleg. Decere quippe regem consiliis omnia prouidere firmat Guillel. Quadriga. parrhisianus presul in oratione: quaz habuit ad Ludo. xj. Frāc. regē. Et debent principes suos habere consiliarios: non p forma tantū ⁊ ad ostētationē verum eorum cōsilio premature obtemperare. sunt multi quippe reges: ⁊ barones: (dicit do. Nicol. boe. in addi. ad Joā. montai. in tract. de autho. ⁊ preemi. sac. magis. concil.) qui conuocant consiliarios: q̄rum consiliū nolunt sequi: vt no. glos. in. c. j. et. c. peruenit. dist. lxxxiiij. quemadmodum fecit Roboam: qui perdidit regnum suum: quia noluit audire consiliarios suos sapientes: sed consiliuz iuuenū: ⁊ male sibi contigit. iuxta illud. Consilium iuuenū fecit Roboam egenum. de quo per glo. in. d. c. peruenit. ⁊ Spe. in tit. de aduo. §. iij. vsi. habito. ⁊ tit. de requi. consi. Marti. laudē. in tract. de consi. prin. q. xix. Luc. de pen. in l. omnes. col. xij. cum seq. de decu. li. x. C. in questione an preses cōsiliū assessoris sequi teneatur. ⁊ do. Nico. boe. vbi. s. in. d. addi. vbi dicit: ꝙ illud de Roboam dictum: non habet locuz in supremo: ac illustrissimo domino nostro Francorum rege: ⁊ Italie dn̄o: q nihil sine suo magno ɔcilio facit. Et p̄missa q̄ bene

proprio: ⁊ in re propria: consequenter illi competit administratio per dicta iura licet forte secus in administrationibus delatis non iure proprio sed commisso: et in re aliena: tunc minor etas videtur obesse. vt. l. ad rem publicam. de mune. ⁊ hono. ⁊. l. non tantū. et. l. spurii. de decur. nisi consuetudo aliud haberet. vt ea. l. non tantum. §. fi.

❡ Tertia conclusio: ꝙ administrationes publice quedaz geruntur per rectores: et gubernatores cum consiliis: et arbitrio procerum optimatū et virorum sapientū: ⁊ regna ducatus: ⁊ sublimes potestates. vt. l. humanuz. C. de legi. et. c. ad apostolice. §. nos autem. de re iudi. li. vj. ⁊ Hester j. ca. vbi tex. ait. rex interrogauit sapientes: qui ex more regio semper ei adherebant: et illorum faciebat cuncta consilio scientium leges a ⁊ iura maiorum ⁊c. pro quo expresse que habētur per philosophū in. iij. poly. Quedam gerant arbitrio rectorum non adhiberi solitis consiliariis: vt in administratione tutelari: ⁊ simili. Quedam sunt administrationes quarum actus est consulere: ⁊ non cōsuli: vt administratio decurionū: ⁊ consiliariorum: vt. j. dicetur.

❡ Quarta

In qb⁹ minor. xxv. ltiaꝫ p̄sonā habeat.

Regū īterest vti ɔsilio.